





Moralium in Job libri I-X, XXIII-XXXV sive pars 1-2, 5-6

<https://hdl.handle.net/1874/296636>



Band vermerkt
Febr. 1965



PREFATIO
SVE REPTIS
simo et sanctissimo
fratri Leandro
episcopo gre-
gorius servus
servorum
dei.
S
cili frater

beatissime in constantinopoli-
tana urbe te cognoscens. cum me
illuc sedis apostolice responsa con-
stringerent. et te illuc iuncta
pro causis fidei iunsi gothariorum
legatio perduxisset. omne intus au-
ribus quod michi de me displicebat
exposui. quoniam ⁱⁿ longeq;
conuersione gratiam distuli. et
postquam celesti sum desiderio
afflatus. seculari habitu conte-
gi melius putavi. Aperiatur
enim michi iam de eternitatis
amore quod quererem. sed mo-
lta me consuetudo deuinxerat.
ne exteriorem cultum mutarem.
Cumq; adhuc me cogeret animus

presenti mundo quasi specie
non deseruire. ceperunt multe
contra me eiusdem mundi cu-
te succrescere. ut ideo iam non
specie. sed quod est graui men-
te retinerer. Que tandem cuncta
sollicite fugiens portum mona-
sterii perueni. et relictis que mun-
di sunt frustra non credidi.
exhulsi ut naufragio nudus
euasi. Quia enim plerumque na-
ui incaute religata etiam de-
sinu tantissimi litore unda exiit
ut cum tempestas exarscit. repen-
te me sub preteritu ecclesiasticum
ordinis incausam secularium
pelagum repperi. et querebam
monasterium que habendo non
fortiter tenui. quam stricte
tenenda fuerit pendendo igno-
ui. Haec cum in adpropinquandum
sacris altaris ministerium obediencie
inter opponitur hoc sub ecclesie co-
lore susceptum est. quod si multum hinc
at iterum fugiendo deflectat.
Postque hoc uolenti in reuerten-
ti cum graue est. altaris ministeri-
um. etiam pondus est cure pasto-
ralis iunctum. quod tanto uinc-
dum tolero. quanto me ei impar-
temiens. in uilla fiducia solati-
one respicio. Quia enim mundum

Liber monasterii sancti pauli in ecclesia inferiori.

tempora malis crebrescentibus ter-
mino appropinquante turbata
sunt. ipsi nos qui interius myste-
ris deseruire credimur. curis exte-
rioribus implicamur. Sicut et quoque
tempore quo ad ministerium alta-
ris accessi. hoc de me ignorante me
actum est. ut sacri ordinis pondus
acciperem. quatenus interreno
palatio licentius ^{ex}accubarem. Vbi
me scilicet multi ex monasterio fra-
tres mei germana iuncta caritate
secuti sunt. Quod diuina factum
dispensatione conspicio. ut eorum
semper exemplo adorationis placidū
latus quasi anchorae fune restrin-
gerem cum causarum saecularium
incessabili impulsu fluctuarem. Ad
illorum quippe consortium. uelut
ad tutissimum portus sinum terreni
actus uolumina fluctusque fugiebam.
Et licet illud me ministerium ex mo-
nasterio abstractum. a pristinae qui-
etis uita mucrone suae occupationis
exonerat. inter eos tamen persudici-
ose lectionis alloquium. cottidianae me
asspiratio compunctionis animabat.
Tunc eisdem fratribus etiam cogente te
placuit sicut ipse meministi. ut librū
beati iob exponere inportuna me pe-
titione compellerent. Et prout ueri-
tas uis infunderet. eius misteria tante
profunditatis aperirem. Quia hoc quoque

mibi monere sui petitionis addi-
derunt. ut non solum uerba hysto-
rie per allegoriarum sensus occu-
terem. sed allegoriarum sensus pro-
tanus in exercitiū moralitatis
inclinarem. Adhuc aliquid gra-
uius adiungentes. ut intellecta
quaeque testimonis cingerem.
Et prolata testimonia. quae si simpli-
cita fortasse uiderentur. inter-
positione super addita expositio-
nis enodarem. Mox uero mo-
seuro hoc opere. atque ante nos
hactenus michi seculo. ad tanta me
pertrahi ac talia agnouit. solo au-
ditus pondere uictus fateor las-
satusque succubui. Sed repente
inter formidinem deuotionemque
deprehensus. cum in largitorem
munerum oculos mentis attolle-
rem. cunctatione post posita.
ilico certus attendi. quia impos-
sibile esse non poterat. quod de
fraternis mihi cordibus procede-
bat. uel caritas imperabat. Fore
quippe me idoneum ad ista de-
speravi. sed ipsa mei desperatio
ne robustior. ad illum spem pro-
tanus erexit per quem aperta est
lingua mutorum. qui linguas
infantium facti diuersas. qui
immensos brutosque asinae rugi-
tus per sensatos humani colloquii



distinxit modos; Quid igitur mirū.
si intellectum stulto homini prebe-
at. qui ueritatem suam cum uo-
luerit ^{etiam} per ora uidentium narrat.
Huius ergo robore considerationis
accinctus. ariditatem meam adin-
dagandum fontem tantę profun-
ditatis excitauit. Et quamuis eorū
quibus exponere compellebar ui-
ta longe me transcendere. inu-
riosum tamen esse non credidi si
fluente uisibus hominum plum-
bi fistula ministrare. Unde mox
eisdem coram positus fratribus. pri-
ora libri sub oculis dixi. Et quia
tempus paulō uacantius reppe-
ri. posteriora tractando dictauit.
Cumq; mihi spacia largiora sup-
petarent. multa augens. pauca
subtrahens. atq; ita ut inuenta
sunt non nulla derelinquens.
ea quę me loquente excepta
ab oculis fuerant. per libros emen-
dando cōposui. Quia & cum
postrema dictarem. quo stilo pri-
ma dixeram sollicitę attendi.
Ergo ut & ea quę locutus sū
studiosa emendatione transcur-
rens quasi ad similitudinem dic-
tatis erigerem. & ea quę dicta
ueram non longe a colloquen-
tis sermone discreparent. Qua-
tenus dum hoc tenditur illud

attrahitur. edita modo dissimi-
li res non dissimilis formare-
tur. quā uis terciā huius ope-
ris partem ut colloquendo
protuli. poene ita dereliqui.
Quia cum me fratres ad alia p-
trahunt. hanc subtilius emen-
dari noluerunt. Quibus ni-
mirum multa iubentib; dum
parere modo per expositionis
ministerium. modo per contēpla-
tionis ascensum. modo per mora-
litas instrumentum uolui.
hoc opus ^{tri ginta quę} p̄ xxxv. uolumina
extensum. in sex codicibus ex-
pleui. Unde & in eo sæpe quasi
postponere ordinem expositio-
nis inuenior. & paulō diutius con-
templationis latitudini ac morali-
tatis insudo. Sed tamen quisquis
dedō loquitur. cur & necesse est ut
quicquid audientium mores instru-
it rimetur. Et hunc rectum loquen-
di ordinem deputat. sic cum oportu-
nitas aedificationis exigit. ab eo se qđ
loqui coeperat utiliter deriuat. Sa-
cri enim tractator eloqui. morem
fluminis debet imitari. Fluuius quip-
pe dum per alueum defluit. si ualles
concauas exlatere contingit. meas
protinus sui impetus cursum d'uer-
tit. Cumq; illas sufficienter imple-
uerit. repente se in alueum refundit.

Sic nimirū. sic diuini uerbi esse
tractator debet. & cum de quali
bet re differit. si fortasse iuxta
positam occasionem congruae ae
dificationis inuenerit. quasi ad
uicinam uallem linguae undas
intorqueat. Et cum sub iuncte
instructionis campum sufficien
ter infuderit. ad sermonis pro
positi alueum recurrat. Scien
dū uero est. quod quaedam hystori
ca expositione transcurrimus.
ut per allegoriam quaedam ty
pica inuestigatione per scrutemur.
quaedam per sola allegori
ce moralitatis instrumenta dis
cutimus. non nulla autē per
cuncta simul sollicitius exqui
rentes. tripliciter indagamus.
Nam primū quidem fundamenta
hystoriae ponimus. deinde per
significationem typicam in arcē
fidei fabricam mentis erigimus.
A dextremū quoque per moralitatis
gratiam quasi superducto aedifi
cium colore uestimus. Vel certe
quid ueritatis dicta. nisi reficiende
mentis alimenta credenda sunt.
Quae modis alternantibus multi
pliciter differendo ferculum oris
offerimus. ut inuitati lectoris qua
si conuiuiae nr̄i fastidium repellam.

Qui dum sibi multa oblata conside
rat. quod elegantius decernit as
sumat. Aliquando uero expone
re aperta uerba hystoriae negle
gimus. ne tardius ad obscura ue
niamus. Aliquando autē intel
legi iuxta litteram nequeunt.
quia superficialitatenus accepta.
nequaquam instructionem
legentibus sed errorem gignunt.
Ecce enim dicitur. Sub quo cur
uantur qui portant orbem.
Et de tanto uiro quis nesciat
quod nequaquam uanas poeta
rum fabulas sequitur. ut mun
di molem subuehi giganteo
sudore suspicetur. Qui rursum
praestus percussionibus dicit. Fle
git suspendium anima mea. &
mortē ossa mea. Et quis rectum
sapiens credat uirum tanti pre
coni. quem uidelicet constat ab
interno iudice praemia pro pati
entiae uirtute recipere. decre
uisse inter uerba suspendio
uitam finire. Aliquando etiam
ne fortasse intellegi iuxta litte
ram debeant. ipsae se uerba litte
rae impugnant. At namque.
Pereat dies in qua natus sum. &
nox in qua dictum est. concep
tus est homo. Et paulo post subiicit.

Occupæ eam caligo. & inuoluatur
amaritudine; Atq; in eiusdem
noctis maledictione sub iungit;
Sit nox illa solitaria; Qui numi-
rum natiuitatis dies. ipso impul-
su temporis euolutus stare non
poterat; Quo igitur pacto
hunc inuolui caligine optabat.
& elapsus quippe iam non erat.
& tamen sin rerum natura sub-
sistere. sentire amaritudinem
nequaquam posse; Constat ergo
quod nullomodo de die insen-
sibili dicitur. qui sensu percipi ama-
ritudinis optatur; Et si concep-
tionis nox reliquis noctibus
coniuncta discesserat. quo pac-
to hanc fieri solitariam exoptat.
Quae ut a lapsu temporis figi
non potuit. ita etiam nec are-
liquarum noctium coniunc-
tione separari; Qui rursus di-
cit; Usq; quo non pareis mihi.
nec dimittis me ut gluttiam
saluam meam. & tamen pau-
lo superius dixerat. quae pri-
us tangere nolebat anima mea.
nunc prae angustia cibi mei
sunt; Quis autem nesciat sali-
uam facilius posse glutti quam
cybum. Qui itaq; se sumere cy-
bum denuntiat. incredibile est

ualde quo ordine gluttiare pos-
se saluam negat; Atq; iterum
dicit; Peccavi. quid faciam tibi
o custos hominum. uel certe con-
sumere me uis peccatis adoles-
centiae meae. Et tamen alia re-
sponsione sub iungit; Neq; enim
reprehendit me cor meum. in om-
ni uita mea; Quo igitur pacto
a corde suo minime in omni uita
reprehenditur. qui peccasse se
publica uoce testatur. Neq; enim
simul umquam conueniunt cul-
pa operis. & in reprehensibilitas
cordis. Sed nimirum uerba lit-
terae. dum collata sibi conueni-
re nequeunt. aliud in se aliquid
quod queratur ostendunt; Ac
si quibusdam uocibus dicant;
Dum nostra nos conspicias super-
ficie destrui. hoc in nobis quaeri-
te. quod ordinatum sibi congru-
ens apud nos ualeat intus inue-
niri; Aliquando autem qui uerba
accipere historiae iuxta litteram
neglegit. oblatum sibi ueritatis lu-
men abscondit. Cumq; laboriose
inuenire in eis aliquid intrinsecus
appetit. hoc quod foris sine difficul-
tate assequi poterat amittit; Sed
namq; uir dicit; Si negauit quod
uolebant pauperibus & oculos induat

expectare feci. Si comedi uicel
lam meam solus & non comedit
pupillus ex ea. Si despei prae
tereuntem eo quod non habue
rit indumentum & absq; operi
mento pauperem. Si non bene
dixerunt me latera eius & deuel
leribus ouium mearu calefactus
est. Quae uidelicet si ad allego
rie sensum uolentes inflecti
mus cuncta eius facta misericor
diae uacuamus. Diuinus & em
sermo sicut mysterus prudentes
exerceat sic plerumq; supficie
simplices resouat. Habet in pub
lico unde paruulos nutriat.
seruat in secreto unde mentes
sublimium in ammiracione suspen
dat. Quasi quidam quippe est
fluuus ut ita dixerim planus
& altus in quo & agnus ambula
t & delphin natus. **V**tergo quibus
hoc oportunitas postulat hanc
p studium ordo expositionis in
mutat. Quatenus tanto uerius
sensum diuinae locutionis inue
niat quanto ut res quaeq; ex
gerit per casuum species alternat.
Quam uidelicet expositionem re
censendam tuae beatitudinis non
quia uelut dignam debui sed quia
te petente meminisse trans

missi. In qua quicquid tua sci
tas tepidum in cultumq; repperit
tanta michi celerrime
indulgeat quanto hoc meae
grum dicere non ignorat. Ha
dum molestia corpus atterit
afflicta mente & iam dicendi
studia languescunt. Multa
quippe iam annorum curri
cula deuoluuntur quod cre
bris uiscerum doloribus eru
cior. Floris momentisq; omnib;
fracta stomachi uirtute las
cesco. Lentis quidem sed tamen
continuis febris anhelis.
Interq; haec dum sollicitus
penso quia scriptura teste
omnis filius qui a do recipitur
flagellatur quo malis prae
sentibus durius deprimor.
eo de aeterna certius prae
sumptione respiro. Et fortas
se hoc diuinae providentiae
consilium fuit ut percussam
iob percussus exponerem &
flagellati mentem melius per fla
gella sentirem. Sed tamen recte
considerantibus liquet quia ad
uersitate non modica laboris mei
studius in hoc molestia corporalis
obsistit quod carnis uirtus eum
locutionis ministerium exhibere

uir sufficit. mens digne non potest
intamare quod sentit. Quid naq;
est officium corporis nisi organū
cordis. Et quamlibet peritus sit ar
tifex cantandi. explere artem
non ualeat. nisi ad hanc sibi & minus
teria exteriora concordent. Quia
nimirum canticum quod docta
manus imperat. quassata orga
na proprie non resultant. nec
artem flatus exprimit. si scissa
nimis fistula stridat. Tanto eni
grauius expositionis meae quali
tas premitur. quanto dicendi
gratiam sic fractura organi disti
pat. ut hanc peritiae ars nulla
componat. Quaeso autē. ut hu
ius operis dicta percurrens. in
his uerborum folia non requiras.
quia per sacra eloquia ab eorum
tractatoribus infructuosae loqua
citas leuitas studiose compescit.
dum in templo di nemus planta
ri prohibetur. Et cuncti pcul
dubio scimus. quia quoties in foli
is male letę segetis culmi p̄ficiunt.
minori plenitudine spicarum
grana turgescunt. Unde & ip
sam loquendi artem quam magis
teria disciplinae exterioris insi
nuant seruare despecti. Nam
sicut huius quoque ept̄ae tenor

enuntiat. non metacismi collisi
onem fugio. non barbarismi con
fusione deuto. Sicut modosque
& iam praepositionum casus ser
uare contempno. quia indignū
uehementer existimo. ut uerba
caelestis oraculi. restringam sub
regula donati. Neq; enim hae
abullis interpretibus in scriptu
rae sacrae auctoritate seruata
sunt. Ex qua nimirum quia nra
expositio ortur. dignum profec
to est. ut quasi edita soboles. spe
ciem suae matris imitetur. Nouā
uero translationem differo. sed
cum probationis causa me exigit.
nunc nouam. nunc ueterem per
testimonia assumo. Et quia sedes
apostolica cui dō auctore praesideo
utraq; utitur. mei quoq; labor stu
diū ex utraq; fulciatur.

**INCIPIT LIBER PRI
MVS DE MORALIB;
BEATI GREGORII
P A P A E**

HIER MVLTO SAEPE
queritur. quis libri beati iob
scriptor habeatur. Et alii quidē
moysen. alii unum quemlibet ex
prophetis. scriptorem huius ope
ris fuisse suspicantur. Quia enī
in libro geneos iob ab deo tyre

esau descendisse. & balac filio beor
 in regnum successisse describitur.
 hunc beatum iob longe ante mo
 ysi tempora extitisse crediderunt.
 morem profecto sacri eloqui nes
 cientes. q̄ in superioribus suis par
 tibus solae breuiter longe post se
 cutura perstringere. cum stude
 ad alia subtilius enumeranda pro
 perare. Vnde & illic iobab prius
 quam reges in isrl̄ existerent fu
 isse memoratur. Nequaquam ergo
 extitisse ante legem cognoscitur.
 qui israheliticorū iudicium tempo
 re fuisse signatur. Quod dū qui
 dam manus caute considerant. mo
 ysen gestorum illius quasi longe
 ante positi scriptorem putant.
 ut uidelicet is qui potuit ad eru
 ditionem nr̄am legis praecepta ede
 re. ipse credatur & iam ex gentilibus
 uiri hystoria uirtutis ad nos exem
 pla mandasse. Non nulli uero ut
 dictum est scriptorem huius operis
 unum quemlibet ex prophetis arbi
 trantur. asserentes quod nullus tam
 mystica dī uerba cognoscere potuit.
 nisi cuius mentem pphetiae sp̄s ad su
 perna subleuauit. Sed quis haec
 scripserit ualde super uacue quaerit.
 cum tamen auctor libri sp̄s sēs fidelit̄
 credatur. Ipse igitur haec scripsit.

qui haec scribenda dictauit. Ip
 se scripsit. qui & in illius opere in
 spirator extitit. & per scribentis
 uocem imitanda ad nos facta eius
 transmisit. Si magni cuiusdam
 uiri susceptis epistolis legeremus
 uerba. ea q̄ quo calamo fuissent
 scripta quereremus. ridiculum
 profecto esset non epistolarum auc
 torem scire. sensum q̄ cognosce
 re. sed quali calamo eorū uerba
 impressa fuerint indagare. Cū
 ergo rem cognoscimus. eiusque
 auctorem rei sp̄m sēm tenemus
 quia scriptorem quaerimus. quid
 aliud agimus. nisi legentes lit
 teras de calamo percunctamur.
 Arbitrari tamen uerius possumus.
 quod idem beatus iob qui certa
 mina spiritalis pugnae sustinu
 it. & iam consummata suae uic
 toriae gesta narrauit. Hec mo
 uere debet q̄ in eodē libro dicit.
 Dixit iob. uel haec uel illa pertu
 lit iob. Moris enī scripturae sacrae
 est. ut ipsi qui scribunt. sic dese
 nulla quasi dealus loquantur.
 Hic est enī. quod moyses ait. Erat
 moyses ^{uir} mitissimus super om̄s
 homines qui morabantur inter
 ra. Hinc iohannes dicit. Disci
 pulus ille quē diligebat ih̄s.

moyses.

iohannes.

Lucas Hinc lucas ait. Quod ambula-
rent duo ex discipulis in iuda. cle-
ophas & alius. Quem profecto
alium dum tam studiose tacu-
it. ut quidam dicunt. nisi se
ipsum fuisse monstravit. Scrip-
tores igitur sacri eloquii. quia
impulsu scilicet spiritus agitantur. sic de
se in illo testimonium. quasi
de alio proferunt. Spiritus scilicet ergo per
moysen locutus est de iohanne.

demoyse; Spiritus scilicet per
iohannem locutus est

Paulus Paulus quoque quia non ex se me-
t ipso loqueretur. insinuat dicens.

An experimentum queritis eius
qui in me loquitur christus. Hinc
est quod angelus qui moysi appa-
ruisse describitur. modo angelus.
modo dominus memoratur. Angelus
videlicet propter hoc. quod ex-
terius loquendo seruebat. Dominus
autem dicit. quia interioris prae-
sidentis. loquendi efficaciam mi-
nistrabat. Cum ergo loquens
ab interiori regitur. & per ob-
sequium angelus. & per inspira-
tionem dominus nominatur. Hinc da-
uid dicit. Attendite populus
meus legem meam. inclinate aurem
vestram in uerba oris mei. Non enim
lex dauid. aut populus dauid.
sed personam eius ex quo loque-
batur assumens. ipsius auctori

Dauid

tate loquitur. cuius inspiratio
ne replebatur. Hoc cotidie fie-
ri in ecclesia cernimus. si uigilanti
intuemur. Nam stans in medio
populi lector clamat. ego sum
deus abraham. & deus isaac. & deus iacob. *moyses*
& quod ipse deus sit uere profecto non
dicit. nec tamen per hoc quod dicit.
ueritatis regulam deserit. quia
cuius ministerium exhibet lec-
tione. eius dominium uoce prae-
tendit. Itaque sacri eloquii scrip-
tores. quia repleti spiritu sancto super se
trahunt. quasi extra semetipsos
sunt. & sic de se sententias qua-
si de alio proferunt. Unde & bea-
tus iob spiritu sancto afflatus. potuit sua
gesta quae erant uidelicet super-
ne aspirationis dona quasi non
sua scribere. quia eo alterius erant
quae loquebatur. quo homo loque-
batur quae dei sunt. Et eo alter quae
erant illius loquebatur. quo spiritus
sanctus loquebatur quae hominis sunt.
Sed iam debemus ista post ponere.
& ad consideranda sacrae histo-
riae gesta properare. Omnis ho-
mo eo ipso quo homo est. suum
intelligere debet auctorem. Quis
uis uoluntati tanto magis seruiat.
quanto se quia de se ipso nihil sit
pensat. Ecce autem condita. dominum

considerare negleximus. adhi
bita sunt praecepta. Praecep
tis quoque obtemperare nolui
mus. adiunguntur exempla;
Ipsa quoque vitari exempla de
clinauimus. quae edidisse no
bis positos sub lege conspiciamus;
Quia enim deus aperte quibusdam
sub lege positus locutus est. qua
si alienos nos ab eisdem praecep
tis aspiciamus. quibus haec speci
aliter locutus non est. Unde ad
confutandam imprudentiam
nostram. gentilis homo ad exemplum
deducitur. ut quia obedire homo
legi sub lege positus despicit. eius
saltem comparatione euigilet. qui
sine lege legaliter uiuit. Erranti
igitur homini. data est lex. Erran
ti uero etiam sub lege. adducitur
testimonium eorum qui extra le
gem sunt. ut quia conditi condi
tionis nostrae ordinem seruare nolui
mus. praeceptis ammoneremur. &
quia praeceptis oboedire contemp
simus. exemplis confunderemur.
Hec ut dictum est. eorum exemplis
quos lex astringeret. sed quos lex
a peccato nulla cohiberet. Circum scrip
sit nos diuina prouidentia. circum
uenit excusationem nostram. Undique
conclusus est aditus tergiversationis

6
22
humanae. homo gentilis. homo
sine lege ad medium adducitur.
ut eorum qui sub lege sunt prauitas
confundat. Quod bene per
prophetam ac breuiter dicitur. Fru
besce sidon. ait mare. In sidone
quippe. figurat stabilitas in le
ge positorum. In mari autem. uita
gentilium. Erubescere ergo sidon
ait mare. quia ex uita gentili
um. redarguit uita sub lege
positorum. atque ex actione saecu
larium. confundit actio religi
osorum. dum illi etiam promit
tendo non seruant quae in pra
ceptis audiunt. & isti uiuendo
ea custodiunt. in quibus nequa
qua mandatis legalibus astrin
gunt. Quia uero auctoritate
liber iste sit praeditus. ipsa sacra
rum paginarum soliditas attestat.
cum per ezechielem prophetam dicitur.
quod tres solummodo uiri liberent.
noe. scilicet. danhel & iob. Hec
inmerito inter hebreorum uitas.
inter auctoritatis reuerentiam
uita iusti gentilis adducit. quia
redemptor noster sicut ad redemp
tionem iudeorum & gentiliu uenit.
ita se iudeorum & gentilium pro
phetari uocibus uoluit. ut per
utrumque populum diceret. qui

Pheta.

pro utroq; populo quandoq; pate-
retur. Vir itaq; iste summus uirtu-
tibus fultus. sibi notus erat & dō.
Qui si non flagellaretur. anobis nul-
latenus agnosceretur; Virtus
quippe & iam per quietem se ex-
ercuit. sed uirtutis opinio com-
mota per flagella fraglaui. Et
qui quietus in se ipso quod erat
continuit. commotus ad nota-
ciam omnium odorem suae forti-
tudinis aspersit; Sicut enī un-
guenta latius redolere nesciunt
nisi commota. & sicut aromata
fragrantiam suam non nisi cum
incendantur expandunt. ita
seī uiri. omē qđ uirtutibus redo-
lent. in tribulationibus innotes-
cunt. Unde & recte in euan-
gelio dicit. Si habueritis fidē
tanquā granū sinapis. dicetis
huic monti. transi hinc. & tran-
sibit. Granū quippe sinapis.
nisi conterat. nequaquā uis
uirtutis eius agnoscat. Nam
non contritū. lenē est. Si ue-
ro conterat. inardescit. & quid
in se acerrimū latebat ostendit.
Sic unusquisq; uir seī. cū non pul-
sat. despicibilis ac lenis aspiciat.
Si qua uero illum tritura persecu-
tionis opprimat. mox omne

De euangelio

qđ calidum sapit ostendat. atq;
inferuorē uirtutis uertat. quic-
quid in illo ante despicabile in-
firmūq; uidebat. qđq; in se per
tranquillitatis tempora libens
operuerat. exagitat tribulatio-
nibus coactus innotescit. Unde
bene per prophetā dicit. In die
mandauit dñs misericordiā suam.
& nocte declarauit. Misericordia
enī dñi in die mandat. quia in
tranquillo tempore cognosce-
ndo percipit. In nocte uero decla-
rat. quia donū quod in tranquil-
litate sumit. in tribulationibus
manifestat. Sed subtilius p̄seru-
tandū est. cur tot flagella per-
tulit. qui tantam uirtutū custo-
diā sine reprehensione seruauit;
Humilitatē quippe habuit. quia
& ipse testat. Si contempsi iudiciū
subire cū seruo meo & ancilla
mea. cū disceptarent aduersum
me. hospitalitatē exhibuit. sicut
ipse phibet dicens. foris non man-
sit peregrinus. ostiū meū uiatori
patuit. Disciplinæ uigore tenuit.
sicut ipse indicat dicens. Principes
cessabant loqui. & digitū sup̄ pone-
bant ori suo. Mansuetudinē inui-
gore custodiuit. sicut ipse fatetur
dicens. Cūq; sedere quasi rex circumstante

exercitū. etiam tamen merentium
 consolator; flemosinarū largi-
 tatem amplexus est. sicut ipse
 insinuat dicens; Si comedi buc-
 cellam meam solus. & non come-
 dit pupillus ex ea; Cū igit̄ om-
 nia uirtutū mandata perficeret.
 unum ei deerat. ut etiam flagel-
 latus agere grās sciret; Hoc tū erat.
 quia seruire dō inter dona noue-
 rat; Sed dignum fuit. ut distric-
 tio seueritatis inquireret. ut quā
 deuotus dō & inter flagella per-
 maneret. Poena quippe interro-
 gat. si quietus quis ueraciter amat.
 Quē hostis quidem ut deficeret pecc-
 it. sed ut proficeret accepit; fieri
 dñs benigne pmisit. qđ diabolus
 inique postulauit; Nam cū idcir-
 co illum expetisset hostis ut consu-
 meret. temptando egit. ut eius
 merita augetet; Scriptū quippe
 est; In omnibus his non peccauit
 iob labis suis; Et quidem quadam
 uerba responsionum illius imperi-
 tis lectoribus aspera resonant. quia
 scōrū dicta. pie intellegere sicut
 dicuntur ignorant; Et quia ani-
 mū dolentis & iusti in semetipsis
 assumere nesciunt. ideo doloris uer-
 ba bene interpretari non possunt;
 Mentē quippe patientis. bene pensare

nouit condescensio passionis; Gre-
 dunt ergo beatum iob in suis ser-
 monibus deliquisse. minus ^{tamen} cau-
 te intuentes. quia si beati iob
 responsa redarguunt. falsam
 & iam de eo dñi sententiā fuis-
 se testantur; Diabolo namq; di-
 cit̄ ad dñō. Considerasti seruū
 meum iob. qđ non sit ei similis
 sup̄ terram. uir simplex & rec-
 tus actimens dñm. & recedens
 a malo. Cui mox a diabolo re-
 spondetur. Numquid gratis
 iob colit dñm. Nonne tu ual-
 lasti eum. cunctamq; familiam
 eius; Sed mitte manū tuam
 & tange eum. si non in faciem
 benedixerit tibi; Hostis itaq;
 in beato iob uires suas exercu-
 it. sed tamen certamen contra
 dñm assumpsit. Inter dñm itaq;
 & diabolu. beatus iob in medio
 materia certaminis fuit; Quis
 quis ergo sem̄ uirum inter fla-
 gella positum dictis suis peccas-
 se assertit. quid aliud quā dñm
 qđ pro illo pposuerat pdidit
 se reprehendit; Ipse quippe
 in se temptati causam suscipe-
 re uoluit. qui eum & ante fla-
 gella preculit. & preferens p
 flagella temptari permisit;

Si ergo excessisse iob dicitur. lauda-
tor illius succubuisse. phibetur.
quamuis eum nullatenus de-
liquisse & iam dona restant.
Quis enim nesciat. qd' culpis non
praemia. sed poena debeant.
Qui ergo duplicia recipere que
amiserat meruit. ex remunere-
ratione edocuit. quia nequa
qua uita. sed uirtus fuit
omne qd' dixit. Assertioni
quoq; huic adhuc adiungit.
qd' ipse pamiis delinquenti-
bus intercedit. Ingrauibus
naq; peccatis quis positus. du-
sus praemittit. aliena non dilu-
it. Mundus ergo ostendit
esse dese. qui emundatione
potuit obtinere pro aliis;
Si uero hoc quibusdam displi-
ce. qd' bona sua ipse narra-
uit. sciendum est. quia inter
tot rerum damna. inter tot
corporis uulnera. inter tot
pignora funera. amicis ad con-
solationem uementibus. & ad
inreparationem prumpenti-
bus. de uita sua desperare
cogebatur. Et quem tot de-
trimenta affluerant. contu-
meliosa insuper increpanti-
um uerba feriebant; Hi naq;

qui ad consolandum uene-
rant. dum quasi eius in ius-
ticiae exprobrant. despera-
re eum de semetipso fundit
copellebant. Quod ergo
bona sua ad mentem reuocat.
non se per uictoriam eleuat.
sed quasi collapsum inter uer-
ba & uulnera ad spem animi
reformat. Graui enim despe-
rationis telo mens percussur.
cum superne ire tribulatio-
nibus praemittitur. & linguarum
foris obprobria urguntur; Bea-
tus igitur iob. tot dolorum iacu-
latione confossus. dum labe-
factari per obprobria timuit. ad
statum se fiduciae ex ante acta
uita confirmando reuocauit.
Haequaqua ergo in arroganciae
uitium cecidit. quia contra in-
ternum desperationis impulsu
per exteriora suorum preconio-
rum uerba pugnauit. ut dum
bona quae fecerat diceret. ne-
quaquam de bono quod quesi-
erat desperaret. Sed iam nunc
ipsum ordinem temptationis
eius exsequamur. Inimicus seu-
ens. & sci uiri ualidissimum peccus
debelleare contendens. cunctas
contra eum temptationum machinas

erexit; Abstulit substantiam.
inter fecit filios. percussit cor
pus. instigauit uxorem. Ami
cos ad consolationem adduxit.
sed in asperitate increpationis
excitauit; Alium quoque amicum
durius increpantem. in extre
ma & acriori inuentione serua
uit. ut saltem crebrius feriendo
cor asstringeret. quod nouo uul
nere semper iteraret. Quia enim
in seculo potentem uidit. damnis
substantiae eum moueri credidit.
quae non concussim ex filiorum
morte pulsauit. Videns autem
quia ad augmentum diuinae lau
dis & iam ex uulnere creuit orbi
tatis. petuit ferendam salutem cor
poris. Intuens & iam quia per do
lorem corporis peruenire nequi
uertit ad passionem mentis. instiga
uit uxorem. Ciuitatem quippe
quia expugnare appetiuit nimis
munitam uidit. Et idcirco exteri
us tot plagas inferens. quasi exer
citu admouit foras; Animum uero
uxoris in uerbis male persuasionis
accendens. quasi intus ciuium cor
da corrumpit; Ex bellis enim extero
ribus discimus. quid de interioribus
sentiamus; Inimicus namque se uens.
& urbem circum fuscis exercitibus

8
uallans. si eius munimina inuic
ta conspexerit. ad alia se pugnan
di argumenta conuertit. ut in
tus & iam quorundam ciuium
corda corrumpat. quatenus
cum extrinsecus impugnatores
admouerit. internos quoque
habeat adiutores. atque incre
cente belli foras certamine. de
quorum intus fide confiditur.
corum perfidia urbs destitu
ta capiatur; Itaque exterius
quasi ariete constituto. murum
ciuitatis istius tot ictibus per
cudit. quot uicibus aduersa
nuntiauit; Intus autem quasi
ciuium corda corrumpit. dum
fortia urbis huius munimina
persuasionem destruere coniu
gis studuit; Foris itaque ammo
uit impetum belli. intus ue
nena consiliu. ut tanto citius
urbem caperet. quanto eam
exterius interiusque turbaret;
Quia autem non numquam plus
conturbant uerba qua uulne
ra. amicorum ut dictum est se
linguis armauit; Qui quidem
quia seniores erant. decorum
uerbis minus fortasse doleri
poterat. belu iunior subro
gatur. ut sacrum pectus tanto

ieriore uulnere perciteret. quan-
to contra illud ictus brachii
uilioris excitaret. Ecce ad feri-
endum inuictissimum robur
inimicus seuens. quot tempta-
tionum iacula inuenit. Ecce
quot obsidionum machinamen-
ta circum posuit. ecce quot
percussionum tela transmisit.
Sed in his omnibus mansit mens in-
perterrita. stetit inconcussa ci-
uitas. Student hostes cum contra
faciem ueniunt alios ex occulto
transmittere. qui eo licentius
pugnantis latus feriant. quo-
is qui pugnat intentius adue-
nientes hostes contra faciem
aspektat. Igitur iob in huius
certaminis bello deprehensus
suscepit damna quasi hostes
contra faciem sustinuit uerba
consolantium quasi hostes exla-
tere. Sed in his omnibus circum-
actio grauitatis suae clipeo ubiq;
munitus assistit. undiq; uemen-
tibus gladius uigilanter obuia-
uit. Amissam substantiam tacite
despicit. Carnem in filis mortua
aequanimiter dolo. Carnem in se
percussam patienter tolerat.
Carnem in coniuge male suaden-
tem sapienter docet. Superbae

amici in aspera correptione pro-
siliunt. & pro sedando dolore ue-
nientes. uim doloris adiungunt.
Omnia ergo machinamenta temp-
tationum. scilicet uero uertuntur
in augmenta uirtutis. Per uulne-
ra quippe probatur eius pacien-
tia. per uerba uero exercetur
eius sapientia. Vbiq; fortiter oc-
currit. quia & flagella robore. &
uerba ratione superauit. Amici
uero eius qui ad consolationem
quidem ueniunt. sed usq; ad uerba
in crepationis excedunt. ignoran-
tia magis credendi sunt deliquisse
quam malicia. Heq; enim tantum ui-
rum amicos iniquos habuisse cre-
dendum est. sed dum discernere cau-
sam flagellorum. nequeunt. in culpa
delabuntur. Percussionum quippe
diuersa sunt genera. Alia namq; est
percussio qua peccator percussus ut si-
ne retractatione puniatur. alia qua
peccator percussus ut corrigatur.
alia qua non numquam quisq; percu-
titur. non ut praeterita corrigat.
sed ne uentura committat. Alia
qua plerumq; percussus. per quam
nec praeterita culpa corrigat. nec
futura prohibetur. sed dum inopi-
nata salus percussione sequitur. saluan-
tis uirtus cognita. ardentius ametur.

Cumq; innoxius flagello atterit.
ei per patientiam meritorum
summa cumuletur. Aliquan-
do enim peccator percutitur.
ut absq; retractatione puni-
atur, sicut perituræ iudee dicitur.

I.

P

Plaga inimici percussit te. casti-
gatione crudeli. Et rursu. Quid
clamas ad me sup contritione
tua. Insanabilis est dolor tuus.

II.

Euangl.

Aliquando peccator percutit
ut corrigatur. sicut cuiusdam
in euangelio dicitur. Ecce sanus
factus es. iam noli peccare. ne
tibi deterius aliquid contin-
gat. Verba enim saluantis in-
dicant. quia peccata præce-

III.

Paulus

dentia habita uim doloris exi-
gebant. Aliquando quisque
non pro præterita culpa dilu-
enda sed pro futura uitanda
percutitur. Qd aperte pau-
lus de sem& ipso testatur dicens;
De magnitudo reuelationu ex-
tollat me. datus est mihi stimu-
lus carnis mee angelus satanae
qui me colasicee.

~~non est quia extulit sed ne~~
~~tollat me datus est mihi~~
~~stimulus carnis mee angelus~~
~~satanae qui me colasicee. Qui~~
enim non ait quia extulit sed

ne extollat. aperte indicat. quod
percussione illa ne eueniat cōpes-
ctur. non aut que euenit culpa
purgatur. Non numquā uero
quisq; nec p̄p̄terita nec pro fu-
tura iniquitate percutitur. sed
ut sola diuine uirtutis potentia
examp̄utata percussione monstretur.

IIII.

Unde cum dñō in euangelio de ceco
nato diceretur. hic peccauit. aut
parentes eius ut cecus nasceret.
respondit dñs dicens. Neq; hic
peccauit. neq; parentes eius. sed
ut manifestent opera dī. In qua
manifestatione quid agitur.
nisi ut flagello meritorū uirtus
augeatur. & cum nulla præte-
rita iniquitas tergitur. magna
de patientia fortitudo generetur.

Euangl

Unde isdem beatus iob præfertur
prius uoce iudicis. & post manu
committitur temptatoris. Quē
post flagellum dī dum remu-
nerans familiaris alloquitur.
aperte quantum de uerbere cre-
uerit indicat. Amici ergo be-
ati iob dum percussionum ge-
nera distinguere nesciunt. per-
cussum pro culpa crediderunt.

Et dum dñm iustum in sua percus-
sione conantur asserere. beatū
iob compulsi sunt de iniusticia

reprobare. nescientes uidelicet
quod idcirco flagellatus fuerat.
ut pro flagello eius diuine glo-
rie laus cresceret. non autem ut pro
flagella peccata que nequa
qua commiserat emendaret.
Vnde & adueniam citius rede-
unt. quia ignorantia potius
quam malicia peccauerunt.
Quorum superbiam diuina iusti-
cia eo uehementer humiliat.
quo nequaquam illos ad suam
gratiam nisi per eum quem despe-
xerant reformat. Valde quip-
pe elata mens retunditur. si ipsi
super quem se extulit sub ponatur.
Sed libet inter hec mira diuine
dispensationis opera cernere.
quomodo ad illuminandam noc-
tem uitae presentis. astra queque
suis uiscibus in celo faciem ueni-
ant. quo usque in finem noctis.
redemptor humani generis
quasi uerus lucifer surgat.
Nocturnum namque spacium dum
decedentium succedentiumque
stellarum cursibus illustratur.
magna caeli decore peragitur.
Ut ergo noctis nostrae tenebras suo
tempore editus uicissimque permutatus
stellarum radius tange-
ret. ad ostendendam innocentiam.

uenit abel. Ad ostendendam actio-
nis munditiam uenit enoch.
Ad insinuandam longanimitatem
spei & operis uenit noe. Ad
manifestandam obedientiam
uenit abraham. Ad demonst-
randam conjugalis uitae castimo-
niam uenit isaac. Ad insinuandam
laboris tolerantiam uenit
iacob. Ad rependendam pro
malo bonae tributionis gratiam
uenit ioseph. Ad ostendendam
mansuetudinem uenit moy-
ses. Ad informandam contra
aduersa fiduciam uenit iosue.
Ad ostendendam inter flagella
patientiam uenit iob. Ecce quam
fulgentes stellas in celo cernimus.
ut in offensus pede operis iter nostrae
noctis ambulemus. Nam cogni-
tioni hominum diuina dispen-
satio quot iustos exhibuit. quasi
tot astra super peccantium tene-
bras celo misit. quo usque uerus lu-
cifer surget. qui eternum nobis
mane nuntians. stellis ceteris cla-
rius ex diuinitate radiare. Quae
electi omnes dum bene uiuendo
praecipit. & rebus & uocibus pro-
pheta-
tando promiserunt. Nullus &
enim iustus fuit. qui non eius pro
figuram nuntius extiterit. Dignum

quippe fuit. ut in semetipso & ipse bo-
nū om̄s ostenderent. de quo &
om̄s boni cert̄. & qđ prodesse
om̄ib' scirent. Unde & sine cessa-
tione pmitti debuit. qđ & sine
estimatione dabat' p̄cipi. & sine
fine retineri. Ut simul omnia
sc̄ta discerent. qđ in redemptione
cōmuni sc̄toꝝ finis exhiberet. Un-
de necesse fuit. ut etiam beatus
iob qui tanta incarnationis ei'
mysteria p̄tulit. eum quē uoce
diceret' ex conuersatione signa-
ret. & per ea que pertulit. que
passurus esset ostenderet. tantoq'
uertius passionis illius sacramen-
ta p̄diceret. quanto hec non lo-
quendo tantummodo. sed & iam
paciendo pphetaret. Sed quia
redemptor. n̄r unā se p̄sonā cū
sc̄a eccl̄a quā sumpsit exhibuit.
de ipso cū d̄r. qui est caput om-
nium n̄m. & de eccl̄a eius scrip-
tum est. & corpus xpi qđ est eccl̄a.
Quisquis eum in semetipso signifi-
cat. modo hunc ex capite. modo
ex corpore designat. ut non solū
uocem capitis. sed & iam corpo-
ris obtineat. Unde & esaias pro-
pheta. eiusdem dñi uerba expri-
mens ait. Quasi sponsō posuit
mibi mitram. & quasi sponsam

10
ornauit me ornamento. Quia igitur
ipse in capite sponsus. ipse est incor-
pore sponsa. necesse est. ut cum non
numquā aliquid de capite d̄r. sen-
sim ac subito & iam ad uocē corporis
diriuetur. Et rursus cū de corpo-
re d̄r. repente ad uocem capitis ascen-
dat. Beatus igitur iob uenturi cū
suo corpore typum redemptoris.
insinuat. Vxor uero eius que eū
ad maledicendū puocat. uitā carna-
lium designat. qui intra sc̄am eccl̄am.
in correctis moribus positi. quo per-
fidem bonis iuxta sunt. eo per uitā
eos durius p̄aemunt. quia dum
quasi fideles uitari non possunt.
a fidelibus tanto deterius. quanto
& interius tolerant'. Amici uero
eius qui dum consolantur. inue-
hantur. hereticorū figurā expri-
munt. qui sub specie consulendi
agunt negotium seducendi. Un-
de & ad beatum iob quasi pro dñō
loquunt'. sed tamen ad dñō non ap-
probantur. quia uidelicet omnes
heretici dum dñm defendere ni-
tantur offendunt. Unde eis ap-
te & ab eodem scō uiro dicit'. Dispu-
tare cū dō cupio. prius uos osten-
dens fabricatores mendacii. & cul-
tores puerorum dogmatū. Con-
stat ergo eos hereticorū typū errando

Dauid

gerere. quos scilicet uir redarguit
cultus perversi dogmatum
deseruire. Omnis uero hereticus
meo quod deum defendere cernit.
ueritati illius aduersatur. Psal
mista attestante qui ait. Ut destruas
inimicum. & defensorem. Inimi
cus quippe & defensor est. quidam
quem predicat impugnat. Nam
quia beatus iob uenturi redemp
toris speciem teneat. etiam nomi
ne demonstrat. Iob quippe. inter
pretatur dolens. Quo nimirum do
lore. uel mediatoris passio. uel scilicet
ecclie labor exprimitur. que multipli
ci presentis uite fatigatione cru
ciatur. Amici quoque eius. exuoca
bulo nominis. meritum suae inchi
cant actionis. Nam eliphaz ista
lingua dicitur domini contemptus.
Et quid aliud heretici faciunt. nisi
quod dum falsa de deo sentiunt. cum
superbiendo contempnunt. Bal
dad interpretatur uetustas sola.
Bene autem omnes heretici. in his que
de deo loquuntur dum non inten
tione recta. sed appetitione tempo
ralis glorie. uideri predicatorum
appetunt. uetustas sola nomi
nant. Ad loquendum quippe
non zelo noui hominis. sed uite
ueteris prauitate concitantur.

Sophar quoque latino sermone
dicit. dissipatio specule. uel
speculatorem dissipans. Men
tes namque fidelium ad contemplan
da superna se erigunt. sed dum
hereticorum uerba peruer
tere recta contemplant. ap
petunt. speculam dissipare co
nant. In tribus itaque amicis iob
nominibus tres hereticarum
mentium perditionis casus expri
munt. Hiis enim deum contempne
rent. nequaquam de illo uersa sentirent
& nisi uetustatis praua uerba elate loquendo
contraherent. in noue uite in
tellegentia non errarent. Si nisi
speculationem bonorum destrue
rent. nequaquam eos superna iu
dicia. tam districto examine pro
uerborum suorum culpa repro
barent. Contempnendo igitur
deum. in uetustate se retinent.
sed in uetustate se retinendo.
prauis suis sermonibus specula
tioni rectorum nocent. Quia uero
non nunquam heretici diuine
grate largitate perfusi. ad unita
te scilicet ecclie redeunt. bene hoc
ipsa amicorum reconciliatione sig
natur. Pro quibus tamen beatus
iob exorare precipit. quia here
ticorum sacrificia accepta deo esse

nequeunt nisi per uniuersalis ecclesie
 manibus offerantur. ut eius meri-
 tis remedium salutis inueniant
 qua uerborum iaculis impugnan-
 do feriebant; Unde & vii. per
 sacrificia memorantur oblata. quia
 dum septiformis gratia spiritum confi-
 tentes accipiunt. quasi septem
 oblationibus expiantur; Hinc est
 quod in iohannis apocalypsi per vii. ecclesie
 numerum. uniuersalis ecclesia desig-
 nat; Hinc psalomonem desapien-
 tia dicitur. Sapientia edificauit
 sibi domum. excidit columnas septem.
 I. pro ergo sacrificiorum numero recon-
 ciliata heretici. quid prius fuerunt
 exprimunt. qui perfectioni septifor-
 mis gratiae non nisi redeundo iungun-
 tur; Bene autem tauros per arietes
 obtulisse describuntur; In tauro
 quippe ceruix superbia. in ariete
 autem ducatus gregum sequentium
 designat. Quid est ergo per tau-
 ros arietesque mactare nisi eorum su-
 perbia ducatum interficere. ut de se
 uanilia sentiant. & post se corda
 innocentium non seducant. Cer-
 ce si tumenta abscissa unitate
 filierant. & infirmos post se popu-
 los quasi sequentes greges trahebant.
 Veniunt igitur ad beatum iob. id est
 reuertantur ad ecclesiam. & septenario

Apocalypsis

Salomon

sacrificio tauros & arietes mactandos
 offerant. Quia ut uniuersali ecclesie
 coniungantur. humilitate inter-
 ueniente interficiant. quicquid
 prius tumidum de superbo ducatu
 sapiebant; Et heliu autem qui rectis
 quidem sensibus loquitur. sed ad stulta
 elationis uerba dirigitur. persona uni-
 us cuiusque arrogantis exprimitur;
 Multi namque intra sanctam positam ecclesiam
 recta que sapiunt. recte proferre con-
 temnunt; Unde & diuine incre-
 pationis arguitur uerbis. nec tamen
 pillo sacrificium offert. quia fidei
 quidem sed tamen arrogans pueri-
 tatem credulitatis intus est. sed per
 timoris sui obstaculum acceptabilis
 non est. Hunc ergo increpatione re-
 darguit. sed sacrificium non redu-
 cit. quia in ea quidem fide est in-
 qua esse debuit. sed superna hunc
 iusticia increpans. presumptus repel-
 lit. Unde & bene heliu latino ser-
 mone dixit dominus mihi iste. uel dominus dominus. Ar-
 rogantes enim uiri intra sanctam ecclesiam
 quamuis dominum clare uiuendo refugi-
 unt. eum tamen ueraciter creden-
 do confitentur; Quid est hoc do-
 minus iste nomine dicere. nisi cum eum
 credit aperta professione monstra-
 re. Uel quid est dominum dominum dicere.
 nisi hunc & dominum per humilitate credere.

& dñm ex incarnatione prohibere. Be-
ne aut post damna rerum. post fune-
ra pignorum. post cruciatus uulne-
rum. post certamina pugnasq; uer-
borū. duplici remuneratione suble-
uatur. quia nimirū scā & cētā adhuc
etiam in hac uita posita. p laboribus
quos sustinet duplicia munera re-
cipit. cū susceptis plene gentibus
in fine mundi uideorū. et iā ad se cor-
da conuertit. Hinc enī scriptū ē;
Donec plenitudo gentiū introierit.
& sic omnis isrl̄ saluus erit. Duplicia
& post modū recipiā. quia finito
labore p̄sentis tēporis. n̄ solū ad ani-
marū gaudiū. sed et iā ad beatitudi-
nē corporū ascendit. Unde bene
ppphetam dī. In terra sua dupli-
cia possidebunt. Scī quippe in-
tra uiuentiū duplicia possident.
quia nimirū beatitudine mētis
simul & corporis gaudent. Unde
iobannes in apocalypsi. quia ante
resurrectionē corporū claman-
tes scōrū animas uidit accepisse
eas stolas singulas. ^{atque dicens.} Et datus
sunt illis singule stole albe. & die-
tū est illis ut quiescerent tēpus
adhuc modicū. donec impleteret
numerus conseruorū. & frūm eorū.
Ante resurrectionē quippe stolas
singulas accepisse dicta sunt. quia

Propheta

Propheta

Apocalypsis

sola adhuc mentis beatitudine per-
fruantur. Binās ergo accepturū sunt.
quando cū animarū per seculo gau-
dio et iā corporū incorruptione
uestient. Recte ^{aut} hęc afflictio qui-
dem beati iob dī. sed quantitas tem-
poris in eius afflictione recitetur.
Quia scē & cētā in hac uita tribulati
operant. sed quanto hic tempore
conterenda atq; differenda sit ig-
norat. Unde & ore ueritatis dicit.
Non est ur̄m nosse tempora & momen-
ta quę pat̄ posuit in sua potestate.
Per hoc ergo qđ beati iob passio dicit.
docem qđ experimento nouim. Per
hoc ergo qđ quantitas temporis in
passione recitet. docem quid nesci-
re debeam. In longum p̄facionis
uerba p̄traxim. ut quasi totum
breuiter p̄stringendo loquerem.
Sed quia ad loquendi incitū diu-
loquendo puenim. debem prius
hystoris radicem figere. ut uale-
amus mentē post modū de allego-
riarū fructu saciare. **INCIPIT**
LIBER PRIMVS:
IN TERRA
FRAT
IN TERRA
ra huius nominis iob. Id cir-
co. Scē uir ubi habitauerit
dī. ut eius meritū uirtutis
exprimat. Huius namq; quis nes-
ciat. qđ sit terra gentiliū.

G entilitas autē eo obligata ut ut^m ex
 stitit quo cognitionē sui condito
 ris ignoravit. Dicit itaq; ubi habi
 tauerit. ut hoc eius laudib; pro
 ficiat. quod bonus inter malos
 fuit. Neq; em̄ ualde laudabile
 est bonū esse cum bonis. sed bonū
 esse cum malis. Sicut em̄ grauioris
 culpe est inter bonos bonum non
 esse. ita immensi est p̄coniu. bonum
 etiā inter malos existisse. Hinc est
 quod isdem beatus iob sibi attestat
 tur dies. sicut in draconum. & socius
 strutionum. Hinc petrus magnis loth
 laudibus extulit. qd bonū inter rep
 bos inuenta dicens. Et iustum loth
 oppressum inefandorū ipudica con
 uersatione eripuit. Aspectu enim
 & auditu iustus erat habitans apud
 eos. qui de die in diem animā iusti in
 iquis operibus cruciabant. Qui ni
 mirum cruciari non possēt nisi pra
 ua propinquoꝝ opera & audire &
 cerneret. Et tamen aspectu & auditu
 iustus dr̄. quia iniquoꝝ uita n̄ delec
 tando iustitiae atq; oculos sed feri
 endo tangēbat. Hinc paulus disci
 pulis dicit. In medio nationis praue
 & puer se. inter quos lucetis sicut
 luminaria in mundo. Hinc p̄gam
 eccl̄e dicit. Scio ubi habitas. ubi se
 des est sitans. & tenes nomen meū

& non negasti fidem meam. Hinc sc̄a
 eccl̄a sponsi uoce laudat. cum ei
 in amoris cantico dr̄. Sicut liliū
 in spinas sic amica mea in filiis.
 Bene q̄ beatus iob memorata tra
 gentili inter in quos uixisse descri
 bit. ut iuxta sponsi p̄conium in
 ter spinas liliū creuisse monstret.
 Vbi recte mox subdit. Simplex
 & rectus. Nonnulli nāq; ita sunt
 simplices. ut rectum qd sit igno
 rent. Sed eo ueta simplicitatis
 innocentiā deserunt. quo ad uir
 tutem rectitudinis non assurgunt.
 quia dum cauti eē p̄rectitudinē
 nesciunt. nequaquā innocentes
 p̄sistere p̄simplicitatē possunt.
 Hinc ē quod paulus discipulos am
 monē dicens. Volo uos sapientes
 eē in bono. simplices autē in malo.
 Hinc iterum dicit. Nolite pueri
 effici sensibus. sed malicia paruu
 li estote. Hinc p̄ se ipsam ueri
 tas discipulis p̄cipit dicens. Estote
 prudentes sicut serpentes. & sim
 plices sicut columbe. Vtraq; em̄
 necessario in ammonitione conuincit.
 ut & simplicitatem columbe astu
 cia serpentis instruat. & rursum
 serpentis astuciam. columbe simpli
 citas temperat. Hinc est qd sc̄s
 sp̄s presentiam suam hominibus

In cantico salo
 moris.

Paulus

Paulus

Euangl

De manifesta
 tione sc̄i sp̄s
 in coluba & igne

De laude
 bonoꝝ in
 ter malos
 cū sanctū.

Paulus

Apoalypsis

non incolūba solummodo. sed etiam in igne pate fecit. Incolūba quippe simplicitas. pignē uero zelus indicatur. Incolūba ergo & in igne ostenditur. quia quicquid illo pleni sunt. sic mansuetudini simplicitatis inserviunt. ut contra culpas delinquentium etiam zelo rectitudinis accendantur. *Sequitur.*

5
Salomon

Timens dñm. & recedens a malo. Dñm timere est. nulla que facienda sunt bona preterire. Unde psalomonem dicit. Qui timet dñm. nihil negligit. Sed quia non nulli sic bona quecūque faciunt. ut tamen a quibusdam malis minime suspendantur. Bene postquam timens dñm dicitur. recedens quoque a malo prohibetur. Scriptum quippe est. Declina a malo & fac bonum. Neque enim bona deo accepta sunt. que ante eius oculos malorum amixtione maculantur. Hinc namque psalomonem dicitur. Qui in uno offendit. multa bona perdit. Hinc iacob attestatur dicens. Qui cumque totam legem seruauerit offendat aut in uno. factus est omnium reus. Hinc paulus ait. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Beatus igitur iob ut ostendatur quam mundus in bonis extitit. sollerter indicatur. quam alienus amalis fuit. Mos uero esse narratum solent. ut eum palestrem certum

Dauid

ut dum membrorum positio magna cognoscitur. ex hac ipsa iam fortitudine subsequens etiam uictoria prænoscatur. Sequitur. Hanc sunt ei septem filii. & tres filiae. Sepe ad auaritiam corporum parentis illiciti. fecunditas plus. Et enim ad ambitum congregande hereditatis accendit. quo multis heredibus fundat. Et ergo beati iob quam sciamens fuerit ostendat. & iustus dicitur. & multo plus patris fuisse prohibetur. Qui in libri sui exordio deuotus sacrificus offerendis asseritur. Promptus autem largitibus etiam post a se mē ipso memorat. Pensamus ergo quanta fortitudine perditur certat. quem ad hereditatis

Salomon

iacob

paulus

